Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Liber Regum III

152

Verba ad regem. Dominus deus
tuus suscipiat uotum tuum. Cui rex
ait: Nequaquam ut uis. Sed emam
pecuniam a te et nunc offeram domino meo
holocausta gratuita. Emit igitur dauid
aream et boues argenti siclis L. et
edificauit ibi dauid altare domino
et obtulit holocausta et pacifica. Et re
placatus est dominus terre et cohibita
est plaga ab israel. Tertius liber regum.

Et rex dauid
senuerat
lebatque
etatis pli
mos di
es. Cumque operiretur
uestibus
non calefi
ebat. Dixe
runt igitur
ei seru
i sui. Quæ
ramus domino
nostro regi adolescentulam uirginem
et stet coram rege et foueat eum. dor
miatque in sinu suo et calefiat
dominum nostrum regem. Quesierunt igitur
adolescentulam speciosam in omnibus
finibus israel. Et inuenerunt abysag
sunamitem et adduxerunt eam ad
regem. Erat autem puella pulchra nimis
dormiebatque cum rege et mi
nistrabat ei. Rex uero non cognouit
eam. Adonias autem filius agith
eleuabatur dicens: Ego regnabo.
Fecitque sibi currus et equites et quinquaginta uiros
qui anteirent eum. Nec corripuit
eum pater suus aliquando dicens: Quare
hoc fecisti? Erat autem ipse pulchritudine
de cetis natus post absalon et sono ei
fuit cum ioab filio sarue et cum
abyathar sacerdote. Qui adiuuabant
partes adonie. Sadoch uero sacerdos et
banaias filius ioiade et nathan
propheta et semei et ceretheus et phelethi et
omne robur exercitus dauid non erat
cum adonia. Immolatis igitur adonias a
rietibus et uitulis et iumentis pingui
bus iuxta lapidem zoleth qui erat
iuxta fontem rogel. Uocauit omnes
fratres suos filios regis. nathan
autem propheta et banaiam et robustos
quosque et salomonem fratrem suum non
uocauit. Dixit itaque nathan ad bet
sabee matrem salomonis. Num
quid audisti quod regnauit adonias filius
agith et dominus noster dauid hoc ig
norat? Nunc igitur uenite accipe a me
consilium et salua animam tuam filii
que salomonis. Vade et ingredere ad
regem dauid et dic ei. Nonne tu
domine mi rex iurasti mihi ancille
tue dicens quia salomon filius tuus
regnabit post me et ipse sedebit in
solio meo? Quare igitur regnat a
donias? Et adhuc te illo loquente
cum rege ego ueniam post te et con
firmabo sermones tuos. Ingressa est ita
que bersabee ad regem in cubiculo.
Rex autem senuerat nimis et abisag
sunamitis ministrabat ei. Iudi
cauit se bersabee et adorauit regem.
Adiuratus rex. Quid tibi inquit uis?
Que respondens ait: Domine mi rex
tu iurasti per dominum deum tuum ancille
tue. salomon filius tuus regnabit
post me et ipse sedebit in solio meo.
Et ecce nunc adonias regnat te do
mino mi rex ignorante. Mac
tauit boues et pinguia ouium et ar
ietes plimos et uocauit omnes fi
lios regis. abyathar quoque sacerdo
tem et ioab principem militie. sa
lomonem autem filium tuum non uoca
uit. Verumtamen domine mi rex in te oculi
respiciunt israel. ut indices
eis quis sedere debeat in solio tuo do